

1710
OSPAES
OFFICIUM

DE 2P,

TRANSITU

BEATÆ VIRGINIS

MARIÆ.

RECITANDUM

A

Quacùmque particulàri,
Religiòsa, piauque
Devotìone.



Abсорpta est mors in victòria: Ubi est mors
victòria tua? 1. ad Cor. 15. 54.

OFERTA

234920

R.

36747

OFFICIUM

DE

TRANSITU

BEATAE VIRGINIS

MARIAE.

RECITANDUM

A


Quaeriturque particulari

Religiosa, piusque

Devotione.

Allegor. et moral. in Uti et mot.

1714



AD VESPERAS.

Añã. Fulcite me floribus, stipate me malis
quia amore languo. *Psalm. Dixit Domi-
nus, & reliqui consueti de Sancta Maria, ut in
ejus officio parvo.*

Añã. Ascendam in palmam, & apprehendam
fructus ejus.

Añã. Dilectus meus loquitur mihi: surge amica
mea, & veni.

Añã. Ego Dilecto meo, & Dilectus meus mihi.

Añã. Inveni quem diligit anima mea; tenui eum
nec dimittam.

CAPITULUM.

Ex Psal. 4. 9.

IN pace in idipsum dormiam, & requiescam;
quoniam tu Domine singulariter in spe
constituisti me.

HYMNUS. Ave maris stella.

V. Gloriosa apparuisti in conspectu Domini.

R. Propterea decorem induit te Dominus.

AD MAGNIFICAT Añã.

Veni de Libano Mater mea, Sponsa mea;
Fermosa mea, veni de Libano, vchã
coronaberis.

MAjestatem tuam, Omnipotens Deus, suppliciter exoramus: ut sicut Genitricis tuæ Mariæ Migrationem Gloriosam devotè celebramus, ita ipsius apud te patrociniā mereamur. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Translationem Virginis Mariæ ad æthereas sedes celebrèmus: * Christum ejus Filium venite adorèmus.

Psalmus. Venite exultèmus Domino.

Hymnus. Quem terra. *Psalmi Nocturnorum dicuntur ut in Officio parvo B. M. præter ea quæ hic habentur propria.*

In primo Nocturno.

Añ. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, volabo, & requiescam?

Añ. Pone me ut signaculum super cor tuum: quia fortis est ut mors dilectio.

Añ. Ego dormio, & cor meum vigilat.

ÿ. Fortitudo, & decòr indumentum ejus.

R. Et ridebit in die novissimo.

DE LIBRO ECCLESIASTICI.

LECTIO I. CAP. 24.

EGo ex ore Altissimi prodivi, primogènita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis,

lis, ut orirètur lumen indeficiens; & sicut nè-
bula texi omnem terram. Ego in altissimis ha-
bitavi: & thronus meus in columna nubis. Gy-
rum coeli circuivi sola, & profundum abyssi pe-
netravi; in fluctibus maris ambulavi, & in om-
ni terra steti: & in omni pòpulo, & in omni
gente primatum habui: & omnium excellen-
tium, & humilium corda virtute calcavi. Et in
his omnibus requiem quæsi, & in hereditate
Dòmini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi
Creatòr omnium: & qui creavit me, requièvit
in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob in-
habita, & in Israel hereditare, & in electis meis
mitte radices.

Ꝛ. I. Hæc est Domus firmiter ædificata, quam
mihi fundavit Altissimus, * Ut sit nomen
meum ibi in sempiternum.

Ꝛ. Arca Deifera elevata est in sublime, & super
omnes montes sanctorum excelsos. Ut sit.

LECTIO II.

AB initio, & ante sæcula creata sum, & us-
que ad futurum sæculum non desinam,
& in habitatione sancta coram ipso ministravi.
Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sancti-
ficata similiter requievi; & in Ierusalem po-
testas mea. Et radicavi in pòpulo honorificato,
& in parte Dei mei hereditas illius, & in pleni-
tudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus
exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in
monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades,

6
& quasi plantatio rosæ in Jericho. Quasi oliva
speciosa in campis, & quasi platanus exaltata
sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum,
& balsamum aromatizans odorem dedi: quasi
myrrha electa dedi suavitatem odoris.

Æ. II. Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in
medio eorum; elegi, & sanctificavi locum
istum, ut permaneat cor meum ibi cunctis
diebus: * Quis delicijs affluet ut ego?
Benedicta tu in mulieribus, & benedictus
fructus ventris tui. Quis.

LECTIO III.

EGO quasi terebinthus extendi ramos meos:
& rami mei honoris, & gratiæ. Ego
quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flo-
res mei fructus honoris, & honestatis. Ego Ma-
ter pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitio-
nis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, &
veritatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis.
Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &
à generationibus meis implèmini. Spiritus enim
meus super mel dulcis, & hereditas mea super
mel, & favum. Memoria mea in generationes
sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient; &
qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non
confundetur: & qui operantur in me, non pec-
tabunt. Qui elucidant me, vitam æternam ha-
bèbunt.

Æ. III. Cum exaltata fuero à terra super omnes
virtutes cælorum, & super Angelorum cho-

ros, * Pro vobis assiduè rogabo Patrem. *III*
¶ Paradisi portæ per te nobis patefactæ sunt;
memènto filiòrum adoptionis tuæ, Virgo
Gloriosa. Pro vobis. Gloria Patri. Pro vobis.

In secundo Nocturno.

Añ. Surgam, & quæram quem diligit anima
mea.

Añ. Si inveneritis Dilèctum meum, nuntiàte ei,
quia amore languëo.

Añ. Vadam, & àffluam delicijs, & fruam bonis.

¶ In odorem unguentòrum tuorum currimus.

¶ Adolescentulæ dilexerunt te nimis.

Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi.

In Appendice de Assumptione B.V. Lib. vn.

LECTIO III.

AD interrogata de Virginis, & Matris Dò-
mini resolutione temporali, quid intèl-
ligam responsurus, te Deus, Omnipotens Pater,
voto supplici exorò, ut qui mandas nùbibus, &
pluunt imbrem, qui tangis montes, & fumi-
gant, qui àperis terram, & gèrminat, quid di-
cam jubeas, quid pròferam præbeas, ad quid
dirigam sermònem àperias. Quid ergò de Ma-
riæ morte dicendum est? Unde divina Scriptura
nihil commendat, nisi quærendum ratione quid
consentiat veritati, fiatque ipsa veritas auctori-
tas, sine qua necesse est, nec valeat auctoritas?
Mèmores enim conditionis humanæ, mortem

illam subiisse temporalem dicere non metuemus, quam idem certè ejus Filius, qui & Deus & Homo est, lege fortis humanæ sustinuit: & hoc quia homo de ejus susceptus, & profusus est útero.

R. I. Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas meá super mel, & favum: * Memòria mea in generationes sæculorum.

Y. Felix namque es Sacra Virgo Maria, & omni laude digníssima. Memòria.

LECTIO V.

Illud ergò sacratissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, & divinam naturam humanæ univit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat, ut Verbum caro, hoc est, Deus homo fieret, èscam vermium trãditum; quia sentire non valeo, dicere pertimesco communi forte putredinis, & futuri de vermium pulveris. De quo si nihil altius sentirem, quàm de proprio, nihil dicerem nisi quemadmodum de proprio. Quod absque ulla ambiguitate solvendum in mortem, post mortem est futurum putredo, post putredinem vermis, post vermem, ut dignum est, abjectissimus pulvis. Quod de Maria credendum non videtur consentibile: quia æstimationem procul propellit incomparabilis gratiæ munus. Quod me dicere multarum consideratio rerum invitât: quarum & illa quidem est, quàm suis aliquando ministris ipsa veritas ait: Quis mihi ministrat, me

sequatur; & ubi sum ego, illic & minister meus erit.

R. II. Super solum Dilècti mei, & super ejus regnum sedèbo in æternum: * Et gloriabuntur in me omnes qui diligunt nomen meum.

Y. Tu gloria Ierusalem, Tu lætitia Israel, Tu honorificèntia pòpuli tui Virgo Maria. Et gloriabuntur.

LECTIO VI.

SI enim hæc est generalis sentèntia omnium per fidem, & piàm operatiònem Christo ministrantium, quantò magis, & quomodò specialitèr Mariæ? Mariam namque òperis exhibitìone, & fide rigidissimà veritatè ministràm Christi fuisse, omnis qui sanum sàpit, intèlligit. Ecce igitur Maria fide, & opere Christi ministratrix, & devòta usque ad ejus mortem secùtrix, non plus gressu, quam imitationis, ut credendum est, affectu; si ibi non fuerit, ubi Christus ministros suos vult esse; ubi ergò erit? Et sibi, numquid æquàli gràtia? Et si æquàli gràtia, ubi æqua Dei censura, qui unicuique reddit secundum sua mèrita? Si ergò mèritò Mariæ vivènti præ omnibus donata est gràtia, mortuæ erit minuènda? Absit: quia si omnium sanctòrum mors est pretiòsa, Mariæ sanè est pretiosissima: quàm tanta comitata est gràtia, ut Mater Dei dicatur, & sit.

R. III. Ego Mater pulchræ dilectiònis, & timò-

ris,

ris, & agnitionis, & sanctæ spei: * Qui elu-
cidant me vitam æternam habebunt.

ψ. Sancta, & Immaculata Virginitas, quibus te
laudibus efferam, nescio. Qui. Gloria Patri.
Qui.

In tertio Nocturno.

Añ.a. Ostende mihi faciem tuam, Dilècte mi, fa-
cies tua decora.

Añ.a. Sub umbra illius quem desideraveram, sedi:
fructus ejus dulcis.

Añ.a. Absorpta est mors in victòria: ubi est mors
victòria tua?

ψ. Immortalis est memòria illius.

℞. Quòniam apud Deum nota est.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

LECTIO VII.

CAP. 10.

IN illo tempore: Intravit Iesus in quoddam
castellum: & mulier quædam Martha nõ-
mine, excepit illum in domum suam. Et reli-
qua.

De Humilia Sancti Augustini Episcopi.

Ex serm. 103. de Verbis Domini. T. 5.

Vult homo occurrere quando ministrat; &
aliquandò non potest: quæritur quod de-
est, paratur quod adest, distenditur animus.
Nam si Martha ad illa sufficeret, adiutorium

foròris non pòsceret. Multa sunt, diuèrsa sunt, quia carnàlia sunt, qui temporàlia sunt: & si bona sunt, transitòria sunt. Martha autem quid ait Dòminus? Maria meliòrem partem elègit. Non tu malam, sed illa meliòrem. Audi unde meliòrem: Quæ non auferètur ab ea. A te auferètur aliquandò onus necessitatis: æterna est dulcèdo veritatis. Non auferetur, sed tamen augètur. In hac autem vita augètur, in alia vita perfeciètur, numquam auferetur.

℞. I. Favus distillans labia mea, mel, & lac sub lingua mea: * Et odor vestimentòrum meorum super omnia aròmata.

℣. Manus illius tornàtiles aurèæ, plenæ hyacintis. Et odor.

LECTIO VIII.

CEterum tu Martha, pace tua dixerim, in bono ministratio benedicta, pro isto labore tuo mercèdem quæris, quiètem. Modò occupata es circa ministerium multum, pascere vis mortàlia còrpora, licèt sanctorum: numquid cum ueneris ad illam patriam, inuenies peregrinum, quem suscipias hospitio? Inuenies esurièntem, cui panem fràngas? Sitièntem, cui potum pòrrigas? Ægrum, quem uisites? Liti-gàntem, quem concòrdes? mortuum, quem sepèlias? Omnia ista ibi non erunt: sed quid ibi erit? Quod Maria elègit: ibi pascèmur, non pascèmus.

2. II. Tempus est, ut revertar ad eum, qui creavit me: Nolite contristari: * Gaudete, & exultate quoniam potestas mea multa est in Cælo. **3.** Virgo regalis ad thronum Dei evêhitur, & in ipsa Trinitatis sede reposita. Gaudete. Gloria Patri. Gaudete.

LECTIO IX.

IDèo hoc ibi erit plenum, atque perfectum, quod hic elegit Maria: de illa mensa opulenta, de verbo Dòmini micæ colligebat. Nam vultis nosse quid ibi erit? Dòminus ipse dicit de servis suis: Amen dico vobis, quia faciet eos recumbere, & transibit, & ministrabit illis. Recumbere quid est, nisi vacare? Recumbere quid est, nisi requiescere? Quid est transibit, & ministrabit illis? Prius transit, & sic ministrat. Sed ubi? In illo convivio supèrno, de quo dicit: Amen dico vobis, multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno Cælorum. Ibi Dòminus pascit, sed prius hinc transit. Nam ut novèritis, Pascha transitus interpretatur, Te Deum laudamus.

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Añã. Fulcite me flòribus, stipate me malis; quia amore languëo. *Psalm.* Dòminus regnavit. *Cum reliquis de Dominica, ut in Psalt.*

Añ. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus.

Añ. Dilectus meus loquitur mihi : surge amica mea, & veni.

Añ. Ego Dilècto meo, & Dilèctus meus mihi.

Añ. Invèni quem diligit anima mea : tenui eum nec dimittam.

CAPITULUM. In pace in idipsum.

HYMNUS. O gloriòsa Virginum.

ÿ. Virgo gloriòsa in altissimis hàbitat.

℞. Edthrònis ejus in columna nubis.

AD BENEDICTUS *Añ.*

Ipsa jam cœlestis Patria clarius rutilat, Virgineæ làmpadis irradiata fulgòribus.

ORATIO. Majestatem tuam.

Ad Horas, Hymni, & Psalmi ut in Psalterio: sed in fine Hymnòrum dicitur: Iesu, tibi fit gloria, Qui natus es de Virgine,

AD PRIMAM.

Añ. Fulcite me floribus. ℞. *br.* Christe Fili Dei vivi. ÿ. Qui natus es de Maria Virgine.

AD TERTIAM.

Añ. Ascendam in palmam. *Capit.* In pace in idipsum. *Ut supra.*

℞. *br.* Dòminus creàvit Mariam, * In Spiritu Sancto. Dòminus.

ÿ.

ψ. Et effudit illam super omnia òpera sua. In
Spiritu. Gloria Patri. Dòminus.

ψ. Oleum effusum Maria nomen tuum.

℞. Servi tui dilexèrunt te nimis.

AD SEXTAM.

Añã. Dilèctus meus.

CAPITULUM.

Eccles. 24. 17.

Quasi cèdrus exaltàta sunt in Libano, & qua-
si cyprèsus in monte Sion. Quasi palma
exaltàta sum in Cades.

℞. br. Oleum effusum Maria, * Nomen tuum.
Oleum.

ψ. Servi tui dilexèrunt te nimis. Nomen. Gloria
Patri. Oleum.

ψ. Speciòsa facta es, & suavis.

℞. In delicijs tuis Sancta Dei Gènitrix,

AD NONAM.

Añã. Invèni quem diligit.

CAPITULUM.

Eccles. 24. 17.

Spiritus meus super mel dulcis, & herèditas
mea super mel, & favum: Memòria mea
in generatiònes sæculorum.

℞. br. Speciòsa facta es, * Et suavis. Speciòsa.

ψ. In delicijs tuis Sancta Dei Gènitrix. Et suavis.
Gloria Patri. Speciòsa.

☩. Sancta Virgo Maria.

℟. Intercède pro nobis ad Dòminum.

In secùndis Vesperis Añæ , Psalmi , Capitulum , & Hymnus, ut suprà in primis Vesperis.

☩. Benedicta est Sancta Dei Gènitrix in firmamento Cœli.

℟. Et laudàbilis , & gloriòsa , & superexaltata in sæcula.

AD MAGNIFICAT Añæ.

QUæ est ista , quæ ascèndit de deserto , delicijs àffluens, innixa super Dilèctum suum?



Sacrofanctæ Romanæ Cathòlicæ Ecclesiæ
correctiòni , & emendatiòni usque ad
àpicem omnia subjiciuntur.



* Sancta Virgo Maria, quae natiuitate tua
 * Intercede pro nobis ad Dominum, utique
 * in seculo. Amen. *in prima Vespera.*
 * Benedicta es Sancta Dei Genitrix in firmamento
 * Caeli. *in prima Vespera.*
 * Et laudabilis, et gloriosa, et superexaltata
 * in seculo. *MULTIPLEX.*

AD MAGNIFICATAM
 O Ue effusa, per ascensionem tuam, de
 * cibus altissimis, in terra super Hierusalem, in
 * seculo. Amen. *in prima Vespera.*

* Sancta Virgo Maria, quae natiuitate tua
 * Intercede pro nobis ad Dominum, utique
 * in seculo. Amen. *in prima Vespera.*
 * Benedicta es Sancta Dei Genitrix in firmamento
 * Caeli. *in prima Vespera.*
 * Et laudabilis, et gloriosa, et superexaltata
 * in seculo. *MULTIPLEX.*

* Sancta Virgo Maria, quae natiuitate tua
 * Intercede pro nobis ad Dominum, utique
 * in seculo. Amen. *in prima Vespera.*
 * Benedicta es Sancta Dei Genitrix in firmamento
 * Caeli. *in prima Vespera.*
 * Et laudabilis, et gloriosa, et superexaltata
 * in seculo. *MULTIPLEX.*